

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Arii disputatio execranda et in omnibus repudianda - Cod.
Aug. perg. 149**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [1. Hälfte 9. Jh.]

Augustinus: Liber I contra Maximianum arrianorum episcopum

[urn:nbn:de:bsz:31-42022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-42022)

INCIPIT LIB. PRIMUS AURELIANU

CUSTINI EPI. CONTRA MAXIMIANUM ARRIANORUM EPM.

Disputationi maximi arrianorum episcopi. Cuius prolixitate spatium diei quo presentes conferebamus adsumpsit. Responsum debitam reddens ad ipsum loqui utque debeo siue adhuc existimet contradicendum esse cum legerit. siue dno in eius corde mirabiliter operante manifeste consentiat ueritati. Quid tibi uisum est homo arriane tam multa dicere. et pro causa que inter nos agitur nihil dicere. quasi hoc sit respondere posse. tacere non posse. prius itaque ostendam refellere te non potuisse que dixi. deinde quantum necessarium uidebitur. ego refellam que ipse dixisti. ego certe respondis uerbis tuis ubi uisti auobis unum dnm coli. Consequens est inquam ut aut non colatis xpm aut non unum dnm colatis sed duos. Ad hoc tu respondere conatus. multum quidem locutus es adserens quod et xpm dnm colatis. Sed duos deos auobis coli quamuis non negaueris. tamen non ausus es confiteri. sensisti enim duos deos colendos. xpianis aures ferre non posse. O quam de proximo te corriges et scilicet res credere quod dicere timuisti. Cum enim clamat apostolus corde creditur ad iusticiam ore autem confessio fit ad salutem. Si ad iusticiam ueritas pertinet quod credis. Quare hoc ad salutem etiam ore non confiteris. Si autem duos deos colendos ad salutem non pertinet confiteri. sine dubio nec ad iusticiam pertinet credere. Qui ergo non uis talis confessione reum teneri ostium. quare non mundas a talis credulitate cor tuum. Tene cum catholica fide rectam non tepudet emendare peruersa. Tene cum catholica patrem quidem non esse qui filius est. & filium non esse qui pater est. & dnm esse patrem et dnm esse filium. uerum tamen ambos simul non duos deos esse. sed unum istomodo solo fiet ut & patrem colas et filium. Ne tamen duos deos colendos dicas esse sed unum. ne reatu impietatis tua conscientia compungatur. Quando sonuerit in auribus tuis dicta diuina quia nullus ds nisi unus. et audi uisit dnm ds tuus dnm unum esse. ut quando audis dnm dnm tuum adorabis et illi soli serues securus possis non solipatri

X X X

sed etiam filio caque unido deperitur seruitute seruire. Memento ergo non te
 respondisse ad illud quod obiceram non a uobis coluimus dñm sed duos. **S**ecundo loco
 egre cum de uerbis tuis ubi dixerat dñm patrem ad humana non descendisse contagia
 quasi xps illa in carne per se suscipit. Et admonui quomodo contagium intellegi solet
 non utique nisi in aliquo uitio a quibus omnibus immunem nouimus xpm. nec ad hoc quic
 quam respondere potuisti. Testimonia diuina que ab te commemorata sunt
 nihil te adiuuare potuerunt. Non enim eis probare potuisti humano xpm at ta
 minatum esse contagio. Quod enim apostolum dixisse commemoras quò xps cum
 peccator non esset peccatum pro nobis fecit. Lege diligentius et ne forte mendo
 sum incurris codicem aut latinus interpret errauerit. Grecum inspicere & inue
 nies non xpm pro nobis fecisse peccatum. sed a patre dō ipsum xpm factum esse pec
 catum. Id est sacrificium pro peccato. At enim apostolus obsecramus pro xpo te
 conciliari dō cum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit. Non ergo
 fecit ipse peccatum sed eum dñs pro nobis peccatum fecit. Hoc est ut dixi sacrificium
 pro peccato. Si ergo recolas uel legas inuenies in libris ueteris testamenti peccata
 appellari sacrificia pro peccatis. Similitudo etiam carnis peccati in qua uenit ad
 nos dicta est et ipsa peccatum. Misit inquit dñs filium suum in similitudine carnis
 peccati et de peccato damnauit peccatum in carne. Hoc est de similitudine car
 nis peccati que ipsius erat damnauit peccatum in carne peccati que nostra est
 Propter hoc etiam de illo dicitur. quod enim mortuus est peccato mortuus est
 semel. quod autem uiuit. uiuit dō. Peccato enim mortuus est. quia similitu
 dinem carnis peccati mortuus est. quando moriendo. sicut in carne. Ut per hoc
 misterium significaret eos qui in morte ipsius baptizantur. mori peccato.
 ut uiuant dō. Sic etiam per crucem factus est pro nobis maledictus. pendens in
 quippe in ligno. mortem que de maledicto de uenerat. suspendit in ligno. atque
 uetus homo noster simul confixus est cruci. ut non mendaciter dictum in lege
 intellegatur. maledictus omnis qui pendet in ligno. Quid est maledictus nisi
 terra et in terram ibis. Et quid est. omnis nisi quia et ipse xps qui cum esse
 uitamortuus est tamen ueramorte non filia. Si intellegas ista misteria

AUREL
 NUARRIA
 us prolixitate spatio
 eorum reddens ad ipse
 legere. si uel dno p
 Quis tibi uisum est
 nihil dicere. quasi hoc
 in refellere tenon potu
 ore fellam que ipse dicit
 dñm colu. Consequens e
 sed duos. Ad hoc tu respon
 uod et xpm dñm colaris. Sed
 uisus et confiteri. Sensim
 de proximo te corrip
 amet apostolus cor deo
 fficiam putas pertinere
 Si autem duos deos coler
 diuinitatem pertinet ut
 uum quare non mundus
 in non tepudet enendat
 filius. & filium non esse
 umbo simul non duos deos
 et tamen duos deos coler
 impungatur. Quando fieri
 us. et audi uis dñi dicitur
 aser uel securus possit

simul intellegēs non esse contagia: Sed quid ad nos. si more tuo loquens. contactum forte mor-
talem. uoluisti appellare contagium. cum tamen nobiscum sentias. dñm ih̄m nec in spū
nec in carne ullam habuisse peccatum.

Tertio loco de inuisibili dō cum agerem ammonui ut crederes inuisibilem non solū
patrem. sed & iam filium secundum diuinitatem. non secundum carnem. In qua
eum uisibilem mortalibus apparuisse quis negat. Unde et alio loco postea dispu-
taui. Tu autem cedens manifestissime ueritati. consensisti esse inuisibilem filiū.
ac per hoc destruxisti quod dixeras. unum inuisibilem patrem. sed rursum tua
consensione turbatus. Quia inuisibilem etiam filium esse consenserat. ausus es dicere
minora uideri a maioribus. maiora uero a minoribus non uideri. Dicens angelos
uideri a archangelis. animas ab angelis. angelos uero ab animis non uideri.
Unde etiam xpm secundum diuinitatis sue substantiam. non solum ab hominibus
sed nec a uirtutibus celestibus uideri adseris. Ideo patrem solum inuisibilem esse dixisti.
quia superiorem non habet a quo circumspiciatur. Dic nobis rogote quando tibi in-
dicauerunt archangeli quod ipsi uideant angelos non autem uideantur ab angelis.
quibus narrationibus angelos cognouisti quod ipsi uideant animas. anime illos
non uideant. A quo hæc audisti. unde didicisti. ubi legisti. Non melius diuinis
libris animum intenderes. ubi legimus et ab hominibus angelos uisos. quando uolu-
erunt et quomodo uoluerunt uideri. lubente uel sinente omnium creatore.
Verum tamen quid dixeras. ideo salum dicendum inuisibilem patrem. quia non habet
superiorem a quo circumspiciatur. Confessus es postea filio esse uisibilem
contra te ipsum proferens euangelicum testimonium. Ubi dicit ipse filius. non quia
patrem uidet quis. sed qui a dō. hic uidet patrem ubi te quidem ueritas aper-
tissime uicit. Sed tu nolens ab errore in liberari. nolisti salubriter uinci. Cum enim
contra te commemorasses euangelicum testimonium. quo claruit a filio uideri
patrem dicente ipso filio. sed qui est a dō. hic uidet patrem. Interim quod dixeras.
perdidisti. solum esse inuisibilem patrem. quia non habet superiorem. quando
quidem ueritate uictus eum uideri ab inferiore confessus es. Uos enim dicitis
inferiorem filium. a quo tamen patrem uideri teste filio cogente dixisti.

^{di}
i. mox addidisti de tuo. sed uidet in capabilem.

de incapabili. postea uidebimus ut etiam ^{illic} ueritas uincat. Non enim de capabili & incapabili. sed de uisibili et inuisibili inter nos questio uersabatur. In qua questione sit tibi ipsi tu ipse uisibilis et uictum esse te uides. **Iiiii.**

Quarto loco egit tecum de immortalitate etiam filio quoniam tu illud quod ait apostolus quis solus habet immortalitatem sic intellegi uoluisti tanquam de solo patre sit dictum. Ille hoc non de patre dixerit sed de deo quod est & pater et filius et sps scs ostendit ergo et filium habere immortalitatem. Secundum substantiam diuinitatis suae. Nam secundum carnem quis negat eum fuisse mortalem. Tu autem cum mihi respondere ad hunc locum ueller per spicua ueritate conclusus etiam dm filium immortalitatem habere confessus es. Uictus es igitur in eo quod dicebas de patre tantum dixisse apostolum quod solus habeat immortalitatem; neque enim propter ea uinculis ueritatis elaberis quoniam dicitur habet quidem filius immortalitatem sed accipiens a patre; non queritur unde habeat sed utrum habeat; tu enim de patre solo uis intellegi quod scriptum est. solus habet immortalitatem. prorsus a nullo acceptam pater habet immortalitatem & a patre acceptam filius habet immortalitatem. Nemo quoniam si eam non habet filius. pater eam non dedit filio aut acceptam perdidit filius; dedit autem pater. nec perdidit filius. nec pater dando perdidit. quod generando dedit; habet ergo immortalitatem et pater et filius non pater solus. Cogis itaque confiteri non de solo patre dictum esse quis solus habet immortalitatem. Habet autem hanc solus sed ds quod non solus est pater. quia & hoc est & filius. et uterque adiuncto sps sco. unus ds. Sed quare solus ds dicitur sic habere immortalitatem. cum et anima pro suo modo sit immortalis & alia spiritalis celestisque creatura postea uidebimus; nunc autem sufficit nobis quod ad ea quae dixi nihil respondere potuisti. Et non solum patrem sed quamuis ab ipso habere tamen immortalitatem etiam filium coactus es confiteri.

& a patre acceptam filius habet immortalitatem

Quinto loco ostendi unde maior sit pater filio. quia non deo maior est unde illic coeternus est filius. Sed homine maior est. quod & tempore factus est filius. Ibi commemorauit apostolicum testimonium. Quia cum in formam dei esset non rapina arbitratus est esse equalis deo; natura quippe illi fuerat di

(MAXIMIANUS)

AVGVS

(MAXIMIANUS)

AVGVS

INURE

si rapina dicitur sed
ueritate

(elegantissime)

equalitas non rapina ad quod tu respondens dixisti quis enim negat filium esse in forma
 di quod enim sit di quod sit dñs quod sit rex. lamputo latius exposuimus et quia non
 rapina arbitratus est esse equalem dō. Hoc nos beatus apostolus paulus instruit
 quod ille non rapuit nec nos dicimus; hæc uerba tua non solum nihil habent aduer-
 sus nos sed magis apparent esse pro nobis. Si enim confiteris di formam. Quis non
 aper tedi filium dō confiteris equalem presertim quia de uerbis apostoli ubi ait
 Non rapina arbitratus est esse equalis dō. Non potuisti pro tuis partibus inuenire
 quod diceret et quia hoc dixisse apostolum non potuisti negare. ideo dixisti quod
 ille non rapuit; nec nos dicimus tanquam hoc sit non rapuit quod est non habuit. Idest
 equalitatem di atq; ita dicitur sit non rapina arbitratus est esse equalis dō. ac si diceret
 non arbitratus est esse rapiendum equalitatem di eo quod ab illo fuerit aliena. Rap-
 tor enim rei alienæ uisus patet. Tamquam hoc filius cum possit rapere noluit sic
 quod uides quanta insipientia seruatur. Ergo intellege apostolum ideo dixisse non
 rapina arbitratus est esse equalis dō quia non alienum arbitratus est esse quod na-
 tus est sed tamen quamuis equalitatem di non fuerit arbitratus aliena sed sua
 semet ipsum & inaniuit non querens que sua sunt sed que nostra sunt. Quod
 ut noueris ita esse adrende unde ad hoc apostolus uenerit. cum enim xp̄ianus
 humilitatem præciperet caritatis. alter alterum inquit existimantes superiore
 sibi non que sua sunt unusquisque intendentes sed que aliorum. deinde ut em-
 plo xp̄i hortaretur non sua querere uel intendere sed que aliorum sunt singuli
 quique hoc inquit sentite in uobis quod & in xp̄o ih̄u. Quicum in forma di esset
 que illi erat sua non rapinam arbitratus est esse equalis dō. sed tamen querens
 nostra non sua semet ipsum & inaniuit non formam di amittens sed formam
 serui accipiens. Non enim est mutabilis illa natura ut se & maneret perdendo
 quod erat sed accipiendo quod non erat. Nec consumendo que sua sunt sed ad su-
 mendo que nostra sunt. Ac deinde in formam serui obediendo sicut homo usq;
 ad mortem crucis propter quod eum exaltauit et donauit ei nomen quod est
 super omnem nomen etcetera. Homini ergo donauit ista non dō; neque enim
 cum in forma di esset non excelsus erat aut non e genua flectebant celestia

in forma et in forma. Sed
 quod exaltauit. id est pro
 cuius fixus est. in forma
 Utrum ipse formam
 formam. quod non homin
 illius hominis non intelleg
 est. communi dicitur form
 equalitas apparet. in bono
 quod est ipsum utiq; dicit. n
 tudinem formam. et tunc in
 est filius. proculdubio ipse
 filius. Scriptum est autem
 filio forme di patris esse
 mee ubi de uerbis apostoli
 proinde intentione pot
 In
 In loco ueris dem nat
 fetus animalium. in manu
 nature cuius est pater. neq
 cum dicit ipse de dicit animalibus
 hominem uerum etiam carni
 sed ad confusionem detrahe
 naturas habere tamen
 concedere communionem
 apere. et non ruptibilis
 sit secundum uos humana
 tum uel cresciendo possunt
 minor parte generis si ren
 necreuit. Hic ut appa
 ad rem non respondisti. sed

terreftria et inferna. Sed cum dicitur propter quod eum exaltauit ^{patris} apparet propter quod exaltauerit. id est propter obedientiam usque ad mortem crucis. In qua ergo forma crucifixus est. ipsa exaltata est. ipsi donatum est nomen quod est super omne nomen.

Ut cum ipsa forma serui nomine tur filius unigenitus di. non itaque facias in parendo formandi. quod nec ipsis hominibus dici potest. nam cum dictum fuerit iste homo in forma est illius hominis. nemo intellegit nisi equalis. An forte non uis sic accipere quod dictum est. cum in formam di ee in formam di patris intellegas filium. ubi nihil aliud quam equalitas apparet amborum. Sed in formam di putas intellegendum in forma sua. quia et ipsum utiq; di est. non multum curiosi etiam sic intellegas. ubi enim plenitudinem forme etatis incrementa non faciunt. sed do gignente perfectus natus est filius. proculdubio si forma filii forma patris non est equalis. non uerus est filius. Scriptum est autem. ut simus in uero filio eius ihu xpo. Forma igitur ueri filii forme di patris esse non potest unequalis. proinde ne hic loco prosecutionis mee ubi de uerbis apostoli aequalem patri filium conprobau. respondere aliquid prouestra intentione potuisti.

In hoc loco ut eiusdem nature cuius & pater est ostenderet filium. & iam mortalium fetus animalium. in manitatu uestrae & toris obieci. increpans cor uestrum. qui eiusdem nature cuius est pater. negatis ee dm filium. quam uis uerum esse filium non negatis. cum di ipse dederit animalibus hoc generare quod ipsa sunt. ubi non solum hominis hominem. uerum etiam canis canem filium nominauit. non ad similitudinem di. sed ad confusionem detrahentium filio di. qui cum uideant corruptibiles mortalesq; naturas. habere tamen nature desuis parentibus unitatem. Filio di uero nolunt concedere communionem nature unius habere de patre. cum sit inseparabilis a patre et incorruptibilis. eternusq; cum patre. Unde etiam dixi quod melior sit secundum uos humana conditio. ubi conceditur crescere ut ad roborem parentum uel crescendo possint filii peruenire. Filius autem di sicut dicitis & docetis minor patre genuit. sic remansit. atq; ut ad patris formam non posset peruenire nec creuit. Hic tu ut apparet quam magna ueritatis mole premeretis omnino ad rem non respondisti. sed tanquam deficienti flatu hanelares. reprehendendum

R

§ MAXIMINUS

§ MI RE

§ OPTIME

pi

meputasti dicens: quodam feda comparatio de filio scilicet hominis siue canis in illa tantum Inmensitatem produci non debuit. hoc respondere est. an potius inopia responsionis ostendere. quas lego propterea terrenarum naturarum ista exempla produxerim. ut in corruptioni corruptionem. In mortalitate mortalitatem. Inuisibilibus uisibilia. aeternis temporalia coequarem. An non potius ut uos in magnis et summis rebus errantes. de rebus paruis infimisque conuincerem. quoniam uidetis bonum quod creator summe bonus dedit & iam & tremis uilibusque creaturis. ut cum longe alius sint quam est ipse. hoc tamen generent quod sunt ipse. Nec ad tenditis quid malidicatis ut cum homines et canes etcetera huiusmodi habeant filios ueros quos illis gignentibus creat ueritas non sit uerus dei filius ipsa ueritas. Aut si scia scriptura cogente permittitis ut uerus filius sit. rogamus permittite ut degener non sit. et degener quomodo audiant catholici unde erupescant heretici. filius uiri fortis. si non habet fortitudinem. degener dicitur. tamen homo est quod & pater est. atque indissimili uita non est tamen aliena substantia. Nos unigenitum dei filium ita degenerare uultis. ut ipsam patris eius substantiam denegatis. minorem natum. minorem remansisse latetis. nonnullam datis aetatem. qua possit augeri. non datis eandem formam qua possit equari. Cuius naturae tanta subtrahitis. miror uerum filium quae forte dicatis. Nisi in felicissimo errore non uos putatis ad unius patris gloriam nisi per unicus filii contumeliam peruenire.

§ de magnitudine

§ filii

Sep^{tu}m loco dixi usque adeo autem filium agnoscimus magnum dñm. ut patri dicamus aequalem. Itaque sine causa inquam nobis quod ualde profitemur testimonium. et multiloquio probare uoluisti. et in uerbis meis addidi disputationem. In quae rationem reddidi. quare filius cum sit patri aequalis. dicat eum tamen dñm suum ubi ait ascendo ad patrem meum et patrem patrem uestrum dñm meum et dñm uestrum. Quoniam tu commemoraueras hoc euangelicum testimonium quo te probare existimasti quod patri filius non esset aequalis. Ego itaque tibi ad ista respondens dixi patrem propterea & iam dñm esse unigeniti filii. quoniam factus est homo et natus ex femina & hoc esse quod dicitur

quod ubi quod futurum
ostenderet patrem hunc
natus est natus et natus
pater illi est quoniam de
natus hominem natus
testimonia quae in laudibus
re natus in dñm est quae
Nullo modo uentre potuit
natum ubi scriptum est
siram & uero uel dicitur
per se dicitur & uero
genitio enim si uero
habet de substantia
homo hominem genuit
uerus eius qui est natus
diuersi quidem substantia
substantia est dei pater et
et homo filius. sed ad id
natus in dñm est natus
operiret dicitur qui est pater
dei eius non desuo. Nihil
Quoniam dixit de
etiam hoc secundum hominem
neque hoc semirandum
nam etiam parentibus
paulominus ab angelis
prosecutum. quoniam et
Dende uolens uelud prote

in psalmo ubi quod futurum fuerat prænuntiavit de ventre matris mee dñm̄ estu-
 ut ostenderet patrem hinc sēdm̄ suum quia homo factus est. homo enim de ventre
 matris est natus. et secundum hominem deus genem natus est dñs. ut non solum
 pater illi eēt quieum de se ipso genuit uerum etiam dñs eius es sēt. quem de ventre
 matris hominem creūit. Adhęc tu cum respondere uoluissēs multa dixisti et multa
 testimonia que tenihil adiuuauit protulisti. Quomodo tamen dictum sit de ven-
 tre matris mee dñm̄ estu. quamuis eadem scriptura scē uerba memoras sēs.
 Nullo modo in uentre potuisti. qui autem in eoloco posueris psalmi alteris testi-
 monium ubi scriptum est. Tecum principium in die uirtutis tue in splendorib;
 scōrum. & utero ante luciferum genuite. Omnino non uideo; non enim filii
 personae est dicentis & utero tuo aut de ventre tuo dñm̄ estu. Illa ineffabilis
 generatio etiam si & utero patris accipitur hoc significatum est quia de se ipso
 hoc est de substantia sua dñs dñm̄ genuit sicut & utero matris quando natus est
 homo hominem genuit. Ut intellegeremus in utraq; generatione non di-
 uersas eius quis est natus. sed eorum de quibus ē natus esse substantias.
 diuersa quidem substantia ē dñs pater. et homo mater. Non tamen diuersa
 substantia est dñs pater et dñs filius. sicut non est diuersa substantia homo mater
 et homo filius. Sed audi quid dicat in profeta iste filius. de ventre inquit
 matris mee dñm̄ estu. nolimus tuis uerbis ad rem non necessariis conari
 operiri res claras. qui est pater filio & utero suo. de ventre matris est
 dñs eius non de suo. Ad hoc ergo pro res nihil respondere potuisti;
 in uoloco de subiectione quasi subiectus est patri filius respondisti tibi.
 Quoniam dixerat de subiectione unum statuit dñm̄. Respondier go.
 etiam hoc secundum hominem recte accipi quod filius subiectus est patri.
 neque hoc esse mirandum cum legatur utique secundam ipsam serui for-
 mam etiam parentibus subiectus. Et de illo sit scriptum minor astieum
 paulominus ab angelis. Ad quod tu quasi respondens dixisti me optime
 pro secutum. quoniam et parentibus propter formam serui esse & subiectus
 De deo uolens uelud pro te esse ostendere quod contra te esse cernebas.

MURE 3

5 OPTIME

§ MAXIMIANUS

Ac sic incautus mihi nusquam attentis hominibus quicumque essent ista lecturi tanquam
 respondens temere facere ubi quod diceret non habebas adiungis & dicitur si enim
 parentibus subiectus inuenitur quos ipse creauit. Quia omnia per ipsum
 facta sunt. nec enim post tempora sed ante tempora nouimus filium genitum
 a patre. Si ergo parentibus inquit subditus ut diuinarum scripturarum
 auctoritas luce clarius predicat. quanto magis utique illi suo genitori est
 subditus. Quia tantum actalem eum genuit secundum quod ait paulus.
 Cum omnia fuerint filio subiecta tunc & ipse filius subiectus erit illi qui
 sibi subiecit omnia. Haec uerba tua possent a me putari dicta esse. & omnino mea
 nisi te audientibus cum dicerentur et postea haec cuncta legentibus euidenter
 a patre te illa dixisse. quis enim crederet & consentire posse uos nobis secundum
 formam serui ac per hoc non secundum formam dei christi esse subiectum.

§ AUGVS

¶ VIII

Nono loco absteque sumus ut per scripturas diuinas ostenderes si ualeres
 utrum adoraret patrem spiritus sanctus hoc enim dices. Sed sicut ipsa tuapro
 secutio cui respondis satis indicat non probaueris ad hanc ergo inquisi
 tionem meam uide quid posteriore prosecutione responderis. Cum enim
 dixisses quantum uoluisti de iudicio filii. quod et nos fidelis si me credimus.
 Et de subiectione quam secundum formam serui filium patri reddere
 non negari. Ubi uenisti ut probares a seculo spiritu adorari patrem. Redisti
 ad illos gemitus de quibus tibi iam antea responderam secundum
 morem scripturarum qualocutione sit dictum
 Et ipse spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus. Nec credamus
 spiritum sanctum numquam esse sine gemitibus posse. Quoniam nullus dies nulla
 hora nullum momentum temporis inuenitur quoniam sanctis orationes
 deo ubicumque funduntur. ab alio hic ab alio alibi cum tamen ab orationibus
 sanctorum nullum sit tempus immune. Quando quidem diebus ac noctibus
 cum alii cibo ac poture reficiuntur. alii quodlibet aliud agunt. alii do
 miunt. non utique desunt quos desiderium sancti orare compellat.
 Ita fit ut spiritus sanctus qui ubique omnibus adest. aliquantulum cessare

§ id est in pella
§ refacit

§ poterit

gemitibus non finitur
 amque orationibus
 sic intellegatur
 facti quibus
 locutionum modo
 huius
 sicut per unum
 uelent fieri
 namque quod nihil
 non modo deum
 non inuenit. Nullomodo
 spiritus sanctus
 non concederetur
 interpellare uel orare
 adorari. Recole consuetudinem
 aliquid de aguntur et
 nullomodo demonstratur
 ¶ X
 Deo loco egregium ut
 dicitur in scripturis
 et uarietas substantiarum
 peripulationem quae
 quatuor adheret deo
 non ueni. conatus est
 tate naturae sed uoluntate
 uobis obicitur quod
 non hoc uoluntate quod
 propter unitatem substantiarum
 talis unum est deus. Nudum est
 est & sunt. nec
 diuersa substantia est. Sed
 inuenitur deus

gemitibus non sinuntur. quod est extreme miserie. cum pro quibus
 cumque orantibus cogitur gemere. nisi gemitibus inenarrabilibus interpellare
 sic intellegatur. ut dixi id est qui gemitibus scorum desideriorum interpellare
 scos facit. quibus affectum pium gratie spiritalis infundit. Sed cum similes
 locutionum modos quando per efficiemem significatur id quod efficitur: quia
 sicut pigrum dicimus quia pigros facit. et dionitrem uelletem. quia trister
 uelleter facit. Et in descripturis scis commemorauerim ubi dicit ad abraham
 nunc cognoui quod nihil est aliud quam nunc ut cognosceres feci. quos locutio
 nis modos de diuinis eloquijs ameprolatis quomodo aliter interpretaberis
 non inuenisti. Nullomodo ad istos gemitus redire debuisti. nemo enim sic de
 spu sco sapit nisi qui secundum carnem non secundum spum sapit. Quamuis
 & tibi concederetur quomodo tu sentis sic spu scm interpellare pro scis. aliud e
 interpellare uel orare. aliud adorare. Omnis qui orat non omnis qui rogat
 adorat. Recole consuetudinem regum qui plerumque adorantur. & non rogant.
 aliquando rogantur. et non adorantur. Ac per hoc a sco spu adorari patrem
 nullomodo demonstrare potuisti.

Decimo loco egitecum. ut intelleges quomodo per inefabilem copulationem
 sit unus ds ipsa trinitas. quando dicimus unius esse substantie. quando quide
 etiam diuersas substantias inuenimus hoc est spm hominis & spm dñi
 per copulationem quia homo ad dno unum spm dictum ubi ait apostolus
 qui autem adheret dno unus sps est. Ad quod tu respondens uel potius
 non tacens. conatus es ostendere quomodo pater & filius unum sint non uni
 tate nature sed uoluntatis. Hoc quidem dicere soletis. sed tunc soletis cum
 uobis obicitur quod ait dñs ego et pater unum sumus. Ego autem hoc loco
 non hoc uolui probare quod pater et filius et sps scs unum sint. quod dem
 propter unitatem substantie fidelissime credimus. sed quod eadem trini
 tas unus est ds. Aliud est quippe unum sunt. aliud unus est ds. discerne
 est. & sunt. nec ait apostolus. qui adheret dno unum sunt. quonia
 diuersa substantia est. Sed ait qui adheret dno unus sps est. si autem uos

¶ non tunc ds dicendus est. cognouisse qd ait equa fieret. nuqua potuit ignorare.

ue essent ita...
 bar. aduigi...
 Quia omnia...
 ora nouimus...
 marum scriptura...
 que illi suo gemitu...
 dum quod ait pater...
 lus subiectus...
 putari dicta esse...
 unta legentibus...
 tre posse uos nobis...
 xp̄m esse subiectum...
 unas ostenderes...
 tris. Sed sicut ipse...
 adhuc ergo...
 espondens. Cum enim...
 of fidelis sine...
 filium patri...
 lerari patrem. Sed...
 esponderam. Secun...
 catione sit dicitur...
 rabilibus. Nec red...
 Quoniam nullus...
 quoniam...
 cum tamen...
 quidem dicitur...
 & aliud agunt...
 sem orare...
 quum...
 quum...

cum de duobus dicitur unus est. et dicitur quid unus sicut dixit apostolus
 unus sps est. hoc idem putatis esse quod est. cum de duobus dicitur unum sunt
 nec dicitur quid unum sicut ait saluator. ego et pater unum sumus. Cur
 non dicitis pater et filius unus dñs est. quare quando auditis audi ist dñs dñs
 tuus dñs unus est de patre tantum uultis intellegi nempe pater dñs dñs
 & filius dñs dñs est. Cur non apud uos uterque unus dñs dñs est. Sicut apud
 beatum apostolum sps hominis & sps dñs unus sps est. Quid autem prodeest
 cause uestre quia per consensionem uoluntatis hoc dicitis fieri quod quide
 ita fit. sed ubi est diuersa natura sicut diuersa natura est hominis et dñi
 et tamen qui adheret & dño. per consensionem utique uoluntatis unus sps.
 Si ergo non uultis per unitatem substantie. certe per consensionem uolunta
 tis dicit ^{amen} & aliquando dicit equo quomodo dicitis pater et filius unus dñs est.
 Sed non dicitis. ne quod nunquam uoluistis. cogamini confiteri de utroque
 dictum esse non de patre sola. audistis dñs dñs tuus dñs unus est: Quoniam
 sem spm non uultis dñm non uultis dñm confiteri. Dicite inquam ratione qua
 uultis pater et filius unus dñs dñs est ut patri & filio seruientes non duobus
 dñs & duobus dominis. Contra preceptum dñi et dñm unius seruatis nunc
 de hac re satis dictum sit. puto cum ista legeris nihiliter respondere potuisse
 ad id quod de apostolo commemorabit qui adheret dño unus sps est. si con
 tentionem deposueris non negabis.

7xi

Undecimo loco dñm esse spm sem de templo eius quod nos ipsi sumus teste
 apostolo ostendi ubi ait. Nescitis quia templum dñi estis et sps dñi habi
 tat in uobis. Iterum nescitis quia corpora uestra templum in uobis
 est sps sc̄i quem habetis ad d̄. Tu autem ad ista respondisti nihil. uisti
 enim suscipio que protulisti. nescitis quia templum dñi estis et sps dñi habitat
 in uobis. Neque enim dñs inquit habitat in homine quem non ante sps sc̄i
 sc̄i ficauerit ad que purgauerit. Neque istomodo intellegi uoluisti non
 spm sem esse dictum dñm. nec templum sps sc̄i nos esse sed dñi. et hoc esse dictum
 templum dñi estis. sed ideo additum sps dñi habitat in uobis. quia purgat

5 MAXIMIANVS

5 AVGVS

3

templum dñi
 quem sensum tuum
 enim nunc ostendit
 tunc dicitur dñm
 uera respiciunt
 redm. cur uoluntatis
 seruat utque sps sc̄i
 sp̄i sc̄i est dñm orar
 ore sicut ostendit b
 tom dñs uobis ut uo
 no ipsi sumus certisime
 esse templum r
 in sermone tuo me
 pladi quod cum q
 uatem sp̄i sc̄i quoda
 enim dñm uere sc̄i
 et quomplum die
 quia corpora uestra
 igitur utrum horum
 et alterum tacere
 sp̄i sc̄i. Cur hoc fecisti ro
 Quomodo dñs noster no
 dñm dñm cognosceret
 scripturam fuere sub
 undecimo loco admoni
 dñm quod unum si
 dere ad hoc uolens n
 ingustis adfirmare
 & filio quod xps omni

sp̄s sc̄i templum dī non suum. ut cum ipse per gauert. tunc illic in hat & dī.
 quem sensum tuum quanta sequatur absurditas nolonunc dicere. Illud
 enim nunc ostendere debeo quomodo multa dicendo nihil quod ad rem per-
 tinet dixeris. dimisit enim causam et pererexisti in laudem sp̄s sc̄i. tanq̄ copiose
 contra te ipsum & se autus es. contra te ipsum. Ideo dixi. quoniam nonius eum dice
 redm̄. cuius tantam diuinitatem per laudem coactus es confiteri. ut cum
 sit unus ubique sit presentis. et nemini sc̄i ficando desit. Ubicumque quisq̄
 xp̄i anus esse & d̄m orare. uoluerit simul se omnibus exhibendo siue in ori-
 ente siue in occidentente baptizentur in xp̄o. hoc et nos dicimus talem altari-
 tum absit a nobis ut cum negemus d̄m. quod & r̄a per suum templum quod
 nos ipsi sumus citissime et facillime ostenditur. neque enim nisi d̄i noster
 esset. templum nos ipsos habere potuisset. Quod tu ut occultares
 & in sermone tuo mentes hominum a luce ueritatis auerteres. de tem-
 plodi quodcumq̄ dixisti quem noluisti intellegi sp̄m sc̄m. De templo
 autem sp̄s sc̄i quod aperitissime demonstratum est. omnino tacuisti. Cum
 enim tibi duo testimonia pauli apostoli proposuerim. Unum ubi ait nesci-
 tis quia templum dī estis & sp̄s dī habitat in uobis. Alterum ubi ait nescitis
 quia corpora uestra templum in uobis est sp̄s sc̄i. Quare tam fraudulenter
 egisti ut unum horum commemorares. Quod dictum est. templum dī estis
 et alterum taceres. quod dictum est. corpora uestra templum in uobis ē
 sp̄s sc̄i. Cur hoc fecisti rogo te. nisi quia nullo pacto posses argumentari.
 Quomodo d̄i noster non esset qui templum nos ipsos haberet. quem sine
 dubio d̄m cognosceremus. Si et templum de lignis et lapidibus per diuinam
 scripturam facere iubemur. **XII**

Duodecimo loco admonui te proferres si posses quae diuina auctoritate sit
 dictum quod unum sint ubi substantiae sunt diuersae; tu autem respon-
 dere ad hoc uolens nihil tale proferre potuisti. Sed magis coartatus
 angustis ad firmare ausus es. quod apostoli unum sint cum patre
 & filio. quod xp̄s omnino non dixit. sic enim abste dictum est. tam

per confen
sione

quam pater et filius et apostoli unum sint; Xps autem non ait. ut ipsi & nos unum
simus. sed ait ut sint unum sicut & nos unum sumus. Nam & uerba ipsa euangelica
ponam. pater scē inquit serua eos quos dedisti mihi in nomine tuo ut sint unum
sicut & nos unum sumus. Quid dixit ut nobiscum sint unum. aut ut ipsi et nos sint
unum. Item post aliquantum non inquit pro his rogatum. sed et pro eis qui
credituri sunt per uerbum eorum in me ut omnes unum sint. neq; hic dixit
ut nobiscum unum sint. Deinde sequitur. sicut tu pater in me et ego in te & ipsi in
nobis unum sint. & hic non dixit unum simus. aut unum nobiscum sint. sed unum
sint in nobis. Ut quia natura unum sunt quia homines sunt. & in patre
& filio sint unum. non cum ipsis unum. id est ut ipsi & isti sint unum. Adhuc ad
iungit & dicit. ut mundus credat quia tu memisti & ego claritatem quam
dedisti mihi dedi illis. ut sint unum sicut & nos unum sumus. ego in eis & tu in
me ut sint consummati in unum. Quoniam ergo totiens dixerit ut sint unum
non tamen alicubi dicit ut & ipsi & nos simus. unum hoc est ut nobiscum
sint unum. sed ait in nobis dicit. aut sicut nos. id est ipsi secundum naturam
suam. nos secundum nostram. Volebat enim eos quia natura unum erant
in hoc ipso quod unum erant esse perfectos. Non enim quia dicit estote ergo
& uos perfecti sicut pater uester celestis perfectus est. Vult illos de naturae
unitate coniungere tanquam illorum & illius. una eademq; natura sit.
sed perfectos. uult esse in natura sua. sicut est deus perfectus in sua. Quamuis
diuersa non una. quod nisi in ipso simus omnino esse non possumus. Non sicut
in illo sunt omnes. quia ipse continet. omnia quae creauit. Propter quod dic
tur est non longe positus ab uno quoque nostrum. quia in illo uiuimus mouemur
& sumus. sed sicut in illo sunt tales qualibus dictum est. In istis aliquando
tenebre nunc autem lux in dño. Unde et illud est. cui uult nubat tunc in
indño. Non igitur proferre potuisti ubi dictum sit unum sunt. quorum est
non una sed diuersa substantia. & tanquam in obscuro. loco nobis subripere
uoluisti. ut diceret apostolos unum esse cum patre et filio tanquam unum
essent apostoli et pater & filius. Cum apostolorum substantiam man

est apater & filio
sint unum. Nam quia
tulle & fraudem fieri
Tertio decimo loco
monium prohibet per
memori. in quibus
filio prohibet testam
alio testimonium pe
proclamatione hinc om
omni accipi. effici pot
testimonium ut hinc
habet esse uorem. N
pater ipse qui filius
illud dicunt non
XIII. quidem esse patrem
Quarto decimo loco
quid dicit et filius
patrem & filium est
negare possit quod de
diligunt. Cur negat
unum naturam na
dixit. Ad hoc tunc
patrem. sed unum
patrem. sicut crea
Quem diuersitate
Quinto decimo loco
sed apparuisse tam
pater maior me est.
per subiectam crea

festiuit apatre & filio ee diuersam. sed quoniam ut ipsi & nos unum simus. aut nobiscum sint unum Nusquam xpm dixisse manifestum est. te quoque nobis respondere non potuisse & fraudem facere uoluisse manifestum sit. JXIII.

Tertio decimo loco te com monui. non ideo patrem filio esse maiorem. quia testimonium perhibuit pater filio. Nam et profetas et testimonium perhibuisse memora ui. quos maiores illo esse non potes dicere. Dixeras enim quod pater filio perhibuerit testimonium. quod sic accipi. tanquam hinc probare uolueris illoc uis testimonium perhibuit eum esse maiorem. Sed quoniam posteriora. tua prosecutione hinc omnino tacuisti. tacita uis uis uis in locum consenti onis accipi. et fieri potest ut ideo commemoraueris patrem & filio perhibuisse testimonium. ut hinc illum esse alium. Istum autem alium. non ut illum isto probares esse maiorem. Alium uero esse patrem alium esse filium. quoniam non est pater ipse qui filius. et nobis & uobis. contra sabellia non est commune dogma. illi enim dicunt non alium sed eundem filium esse qui est pater. Nos autem alium

XIII. quidem esse patrem et alium filium. sed tamen quod pater e hoc ee dicimus filium

Quarto decimo loco ad illud quod dixeras. dilectum lego et credo quod pater est qui diligit et filius qui diligitur. Respondens dixi. si autem dicit hinc inter patrem & filium esse diuersitatem. quia pater diligit et filius diligitur. quasi negare possis. quod et filius diligit patrem. deinde addidi ambo se inuicem diligunt. Cur negatis eos unius esse nature. Quod utique ideo dixi. ne hinc unam naturam negaretis amborum. quia illum diligere hunc diligi ipse dixisti. Ad hoc tu respondens. consentisti quidem quod et filius diligit patrem. sed unius esse nature consentire noluisti. tanquam filius ita diligit patrem. sicut creatura creatorem. non sicut unigenitus genitorem. Quem diuersitate substantie uultis ee degenerem. JXV.

Quinto decimo loco dixi pariter ee inuisibilem trinitatem non solum patre sed apparuisse tamen uisibile filium in forma serui propter quam dixit pater maior mee est. sed quoniam patribus sed uinitas demonstrabat dixi per subiectam creaturam idee factum. non per suam qua est inuisibilis

MAXIMVS 2
AVGV 5

trinitas. atq; ut hoc probarem. moysen commemoravi eum dicentem cum quo faciem ad faciem loquebatur. Si inuenigratum ante te ostendemihitemet ipsum. Manifeste ut intellegeres quomodo eum uidebat quem sibi cupiebat ostendi. Qui utiq; si dñm in substantia quadre uideret & profecto ut se illi ostenderet non rogaret. Dixi etiam esse xpm uisibilem & inuisibilem creatorem. ut ipsum probarem per substantiam ^{sua} non esse uisibilem. a quo creati non solum uisibilia uerum & iam inuisibilia potuerunt. Ad hec tunc respondere conatus. quam multa que ad rem non pertinent dixi sint ut utur qui legunt. et tamen de moysen. Cur si dñm cum quo loquebatur uellet ostendi sicut naturam substantiamque cernebat. prorsus nihil ausus es dicere. et adhuc adfirmare non defecisti. di filium inuisibilem creatorem. et ante quam formam seru acciperet in forma di fuisse uisibilem quem superius in seru uiforma uideri potuisse. in substantia uero sue diuinitatis esse inuisibilem. iam fueras & ipse confessus.

Sextodecimo loco qui ad patrem tantum dixisse apostolum dixeras. solus sapientia dō. Ego dixi. ergo solus pater est dñs sapiens. et non est sapiens ipsa sapientia dñi. quod est xps. De quo ait apostolus. xpm dñi uirtutem & di sapientiam. deinde addidi super est ut dicatis quidem non audetis in sapientem esse sapientiam dñi. Ad hec tu sapientem solum inquis patrem. predicat paulus apostolus dicens sic solus sapientia dō. Sed requirenda est inquisitione quem admodum solus sapiens non quod xps non sit sapiens. sed quare deinceps et adiungis. quomodo sapientem confiteris xpm. nam post nonnulla que ad rem pertinentia tenuisti. ut sermonem usque per duceret. & iam hoc in seruisti uerbi tuis ut diceret sed uere solus sapiens pater. Quasi apostolus dixerit solus sapientia dō quia dñe & filius. quod et uos uultis. dñs est et pater & si non uultis. et ista trinitas est solus sapiens dñs. Quinec potuit unquam esse in sapiens. omnino nec potuit. Non per gratiam particeps sapientie. sed sapiens in modum nature adque immutabilitate nature. Nam si tibi dicam itane uero homo qui xpiano nomine gloriatur xps sic est sapiens. ut non sit uere sapiens. ergo ne xps qui est uerus dñs non est uere sapiens. Nonnetta sub hac interrogatione turbaueris. ut continuo respondeas xpm uere esse sapientem. quid est

MAXIMVS

N9

MAXI

AUCS

: 12

ergo quod dixisti sed
 propheta reddebat
 Septimo decimo loco
 hoc est factum non
 tus est super omnia
 ficauerit inquam
 dñm Deinde
 inuenerit usque ad
 profectus est inquam
 conuictus prolixitate
 omnino tanquam id
 cauo de loco d
 di ueris tecum age
 tum sed patrem ge
 quod est. Alioquin
 sicut de partibus ar
 nec falsum aliquid
 Non decimo loco qui
 Respondit dicens q
 patris pñsoni. quare
 est ostendere de fili
 tum esse patrem
 in formam est huma
 dictum est quod dñs
 hec eadem forma in
 subiectus erit ei qui
 cepit creaturam a
 creaturam uisibilem
 gus igneus sit de

ergo quod dixisti se uere solus sapiens pater. nempe quo per ueneris. et aquarta
blasphemia te debeas reuocare. iam sentis; **JXVII.**

Septimo decimo loco egre tecum. quod & iam filius non solus pater infectus sit
hoc est factus non sit. dixerat enim ideo a uobis unum dñm pronuntiaui. quia na
tus est super omnia in natus infectus. Respondens ergo hunc audaci. et ue
sic autem dicis inquam patrem infectum. quasi filius factus sit per quem fac
ta sunt omnia. Deinde addidi scito factum esse filium sed in forma ser uenam
in forma dñi usque ad eonon est factus. ut per illum facta sint omnia. si enim
ipse factus est inquam. non per illum sunt omnia ^{facta} sed cetera. Ad hæc tu
cum totatui prolixitate sermonis ita nihil quod diceret inuenisti. ut hinc
omnino tanquam id non audieris. conticesceres; **JXVIII.**

Octauo decimo loco & iam de in na to patre id est in genito quia & hoc
dixerat tecum agendum putauit & dixi non itaque dico filium in geni
tum sed patrem genitorem. filium genitum. hoc tamen genuit pater
quod est. Alioquin non est uerus filius. si quod est pater non est filius.
sicut de partibus animalium supra iam diximus. & iam ad hoc tunc uerū
nec falsum aliquid protulisti; **JXVIII.**

Nonodecimo loco qui apoposceras. uene ut ostenderem. equalem esse patri spm scm
Respondit tibi dicens. quid est autem quod poscis. ut ostendam tibi equalem
patri spm scm. quasi tu ostenderis patrem maiorem esse spū scō sicut potui
isti ostendere de filio propter formam ser ui. Scimus enim inquam dic
tū esse patrem filio maiorem. quia in forma ser uerat filius. & adhuc
in forma est humana filius. quā leuauit in celum propterea de illo
dictum est quod & nunc interpellat pro nobis & sempiterna erit in regno
hæc eadem forma immortalis propter quod dictum est tunc & ipse filius
subiectus erit ei qui illi subiecit omnia. Nam de spū scō qui nullam sus
cepit creaturam ad unitatem persone sue. quā uis se per subiectam
creaturam uisibiliter et ipse siue per columbe speciem siue per lin
guas igneas sit demonstrare dignatus. numquam dictus est eomaior

ARIANUM
HOC MACC
DONIANIS
INVCNT

147
pater. Numquam dicitur est sp̄s adorasse patrem. numquam dicitur minor
patre. Adhæc tu quasi respondens non tamen respondisti. non enim potuisti
ostendere sp̄s sc̄o alicubi patre dictum fuisse maiorem. sicut filius propter
formam serui dixit pater maior me est. et cum ego dixerim sp̄m sc̄m non ad uni-
tatem personæ suæ ullam suscepisse creaturam. tanta sp̄m sc̄m in columba & igne
apparuisse dixisti. sicut apparuit xp̄s in homine quasi colūba & sp̄s uel ignis
& sp̄s una persona sit. sicut uerbum et homo una persona est. adoram quippe aparu-
erunt illa que sp̄m sc̄m significando monstrarent uisibiliter inuisibile.
columba propter amorem sc̄m. ignis autem propter caritatis lumen atque
feruorem. et per actum significationis officio corporales illæ species transi-
erunt. atque esse ulterius desinit erunt. sicut columnæ nubes nebulosa
per diem luminosa per noctem. Denique ^{ne}putaretur columba uel flamma
ad substantiam pertinuisse sp̄s sc̄i. uel quod se in hæc uisibilia tantæ maiestatis
natura conuerterit. aut in unitatem personæ suæ istas suscepit. numquam
post ea sic apparuisse legitur sp̄s sc̄s. xp̄m autem qui humanam non horam
sumis effigiem in qua omnibus appareret & ac deinde illas species præteriret.
sed in unitatem personæ suæ manente inuisibilis forma accepit uisibilem homi-
nis formam. non solum natus est in ea de homine matre. uerum & iam creuit
in ea & manducauit et bibit. et dormiuit in ea. & ascendit in celum et sedet
ad dexteram patris in ea. et ad iudicandos uiuos et mortuos est uenturus
& in regno suo ei qui illi subiecit omnia erit subiectus in ea. Hæc tu in mea
responnōne breuiter dicta que nunc aliquanto latius ut uel sic intellegeres
& explicauit attendere et considerare enoluisti. Inruens in tantam blasphemiam
ut naturam diuinam dī & sp̄s sc̄i conuertibilem. pronefas & mutabilem
diceret. tantamque ista sunt uerba. Eam quis que de inuisibilitate omni-
tenentis dī prosecutus sum & iam & ipse licet alio proposito. at tamen
tuis uerbis affirmasti. quod sp̄s sc̄s in specie columbe sit uisus. nec non &
in specie ignis. filius sane in forma hominis. pater autem neque in specie
columbe. Nec in forma hominis. nec aliquando uertit se in formas

1. & occisus est in ea & resurrexit in ea.

IMIRE

TOTUMURI
FICE

:R

in aliquo uerbo
Deinde adiungit et
formam serui accepit
quam non in seipso
incomprehensibilem
dum uerum potest cog
sui generis spiritum
religiositatis que
tablen credi unigen
deuotus euangelium
excitatum et omni
desi si quando illum
talem credit quod ut
non formandi in fo
sibi homine assum
taliter cogitauerit
et sp̄m in uisibili
mutata atque cor
uisibiliter ut posse
patrem sp̄s sc̄o. nec
contra propositio
Uti in loco que
utique inuatur
talis id est ut quia
non est hominem q
sed factus ad dō. Sui
generare quod
adhuc non miror
respondere conu

sed ne aliquando uertitur de quo scriptum est. ego sum quicumque et non sum mutatus. ANQ
 Deinde adiungit et dicit. filius sane in formam dei constitutus. ut ut ipse protulisti ANQ
 formam serui accepit. quod non pater. spiritus etque sanctus suscepit. Speciem columbe ANQ
 quam non suscepit pater. scito ergo inquit quia unus est inuisibilis. unus & iam ANQ
 incomparabilis. atque immensus. haec num quid diceret. si secundum spiritum non secun ANQ
 dum carnem posset cogitare quid diceret. homo enim qui legis in scripturis ANQ
 sanctis. ego sum quicumque & non sum mutatus. et cum uerbas istas non patris solius ANQ
 sed ipsius trinitatis quae unus est deus. tue patri tan tum modo tribuens filium mu ANQ
 tabilem credis unigenitum. per quem facta sunt omnia. mutabilem credis eum ANQ
 de quo dicit euangelium. in principio erat uerbum. & uerbum erat apud deum & deus ANQ
 erat uerbum. et omnia per ipsum facta sunt. mutabilem credis. Quid iam dicam ANQ
 de spiritu sancto. quando illum quem uerum dei filium. et uerum confiteris deum. muta ANQ
 bilem credis. quod utique non crederes. si formam serui a forma dei esse susceptam ANQ
 non formandi in formam serui esse mutatae. quam catholicus crederes. et ui ANQ
 sibili homine assumpto permansisse inuisibilem deum. non carnaliter sed spiri ANQ
 taliter cogitares. nec contendendo diffideres. sed intelligendo conspiceres ANQ
 et spiritum sanctum inuisibilem a manente natura nullo modo in ignis aut columbe specie ANQ
 mutata. atque conuersa per subiectam creaturam. apparuisse sicut uoluit ANQ
 uisibiliter ut posses considerare fideliter. Memento tamen. nec maiorem ANQ
 patrem spiritu sancto. nec ad oratum patrem ab spiritu sancto ullis diuinis testimoniis ANQ
 contra propositionem meam demonstrare potuisse. ANQ Ixx.

Uicensimo loco quoniam dixerat de filio si equalis patri. utique talis. si talis ANQ
 utique innatus. ego respondens tibi. sed dicit inquam de filio si equalis. utiq ANQ
 talis. id est ut qui non est ingentus. non uideatur talis. posset dicere. ANQ
 non esse hominem quem genuit adam. Quia ipse adam non est genitus. ANQ
 sed factus a deo. Si autem potuit adam & non esse genitus. & tamen hoc ANQ
 generare quod erat ipse. Non uis ut potuerit deus. deum aequalem sibi. ANQ
 ad haec non miror nullum te inuenisse responsum. sed plane laudo nec ANQ
 respondere conatum. atque utinam hoc ubique fecisses. nusquam enim ANQ

in sermonibus nostris quid recte responderes inuenire potuisti. et tamen pene
ubique tacere noluisti. sed cum in alius tam multa dixeris. causis que inter nos
agitur. non necessaria & tempus loquendo consumseris. gratia tibi agenda
sunt. ubi nonnulla sic uidisti te refutare non posse. ut eam aliter summo silen
tio pretereire;

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCIPI LIB. SECUNDUS.

RES IAM POSTULAT UT IN EO QUOD RELIQUUM EST
opitulari tibi impleam promissionem meam. In operis quippe huius
huius & oratio prius inquam ostendam refellere te non potuisse que dixi
deinde quantum necessarium uidebitur ego refellam que ipse dixisti.
Quia ergo sicut adiuuante dō potui ostendi et que dixi non te potuisse refellere.
super est ut ea que dixisti. ego refellam sicut dō adiuuante potui ero. pro
res itaque prosecutiones tuas quibus continuo reddidi meas. in hac disputa
tione que nunc a me suscepta est. non retracto. ad illam uero ultimam
tam prolixam ut mihi de illo spatium responsionis auferret & ita redar
quam si uoluerit quinor regit ut ad quiescas lumini ueritatis. si contentio
nisi tenebras non amaueris. In primis ergo superflua tua detraham. ne
cessitate responsionis mee. causa quippe inter nos agitur. utrum pater
& filius et sp̄s sc̄i. diuersi uel tuos dicatis. an potius ut nos dicamus. unius sint
eiusdemque substantie. cum conueniat inter nos patrem non esse que est
filius. nec filium esse que est pater. nec patrem esse uel filium qui sp̄s sc̄i est.
Quid quid dicitur tanta tue prosecutionis prolixitate dixisti. unde
ostenderes alium esse patrem. alium esse filium. alium esse sp̄m sc̄m.
quando nobis cum agitur superfluum prorsus esse cognosce. et sit tibi & pug